



217

A. & Ω.  
MEMORIA VIRTUTIS  
*Quam,*  
REVERENDI, GENEROSI & STRENNI

**DN. JOACHIMI  
DE PODEWILSIIS,**

SERENISS. ELECTOR. BRANDEBURG.  
CONSILIARII REGIMINIS,  
Capituli Colbergens. DECANI, Capitanei Col-  
linensis & S. Johannit. Ordinis Equitis,  
Heredit. Domini in Crangen/Wustervis &  
Wintershagen.

Denati Anno 1676. d. 6. Ianuarij  
majorum tumulis inferendi E. A. d. 31. Octobr.

Honor  
velificaturus  
Posteritati commendare  
voluit

**M. CHRISTIANUS Gßultz/  
P. L. C.**

---

COLBERGÆ,  
Imprimebat BERGERUS CAMPPIUS Elect. Regimin. Typogr.

Biblioteka Główna AP Szczecin  
nr inw.: kg - 155765



155765 ZS



155165

1000,-

K-121 | 3 | 82



## I. N. J.

**S**I HOC ITA FATO DATUM ERAT, IT, QUI  
prius Virtutem VESTRAM, Beatissimi Manes, con-  
templans donum divinitus nobis datum mirabat  
novumq; egregio publico accessarum sperabam  
splendorem, nunc Claritudinis tantum vestre radi-  
os suspiciam atq; Virtutem oculis nostris sub tractam  
cognoscam; Doleo afflictæ vicem Patriæ, lugeo alienissi-  
mo tempore columen, quo salus civium firmiter niti po-  
terat, sublatum, mærcio non solus; sed mecum omnes,  
qvos calamitas hæc maxima perculit, boni Serenissi-  
mo Electori Brandenburgico Domino nostro  
Clementissimo eruptum Amicum, Consiliorum mo-  
deratorem prudentissimum, militiæ VIRUM, qui in se-  
cundis consistere & in tertii non tam longa, qvam sapi-  
enti didicerat experientia, fortissimum: At cum videam  
squalorem seculi, intuear voluntate Domini suos è Iqua-  
lore & luctu retrahentis, ut secum in æternis lati degant  
tabernaculis, erigor sacris edoctus literis, Dominum pios  
tribulationibus & nosse & velle levare. Quanquam in  
Vobis Illustres Parentes, Generosi Fratres,  
Affines, Agnati mens solidâ, firma fides anima de-  
vota sit, quæ ad præsentem Eminentissimi Consiliarii  
Fili, Fratris, Affinis atq; Agnati Vestri mortalitatis  
casum

casum non movetur; quin potius tanquam Petra fortis  
turbidos mundi impetus violentosq; seculi fluctus fran-  
git prius ipsa, quam frangitur: Tentationibus non vin-  
citur, magis firmatur & probatur; Attamen quia com-  
pertum habeo, quosdam divinum pectoris robur non  
exercere, conabor vel contra præcepta sapientum recen-  
tivulnieri adhibenda medicamenta negligantium memori-  
am Dni CONSILIARII prescribere vitamq; laudabiliter  
actam posteritati commendare. Accepimus familiam  
PODEWILSIORUM domi forisq; in celebratione ver-  
santem diu floruisse; Illustriorem redditam à quaternio-  
ne Fratrum JOACHIMI de PODEWILSIS Domini in  
Crangiis filiorum, Ordin. Naturæ primum occupat lo-  
cum Dn. FELIX de PODEWILSIS è Proceribus cito-  
rioris Pomerania & Primatibus præcipius, Dn. HEN-  
RICUS rebus à Galliarum Regis partibus contra Hispa-  
niarum Regem & Turcam gestis clarissimus, B. Dn. GER-  
HARDUS Consiliorum Provincialium in ulteriori Po-  
meraniâ dum viveret particeps supremoq; locandus lo-  
co Dn. ADAMUS Serenissimi Electoris Brandenburgici  
Amicus, arcanorum atq; Regiminis in Pomer. Consilio-  
rum consors, tantoq; Parente dignissimus filius Dn. JO-  
ACHIMUS DE PODEWILSIS.

Nomine avum referens animo & Virtute Parentem;  
Non verò nec opinato Dn. Consiliarii JOACHIMI obitu  
videtur omnia mutata: Universa domus terrore per-  
culta, luctu atratis vestibus lacrymisq; deformata, plena  
consternationum, plena planctuum, quod lumen illustris  
familia decori ortum ortu in ipsô extinctum concidit,  
quod

Hoc tantum terris ostendunt Fata neq; ultra  
Virg. lib. 6.  
Act.

Eâ qvidem constantiâ Illustris procognito habeo Parentes præditos, ut nulli fortunæ quamvis maxime adversæ cedendum, quin potius omnia humana moderate ferenda arbitrentur; Verum ad floridam beatissimè defuncti æratem, familie damnum Patriæ calamitatem, SERENISSIMI detrimentum communem omnium mœtorem respicientes omittere nullo queunt modo, quin, ingentibus discrucientur ac conficiantur doloribus. Etenim quoties VIRORUM NOBILISSIMORUM Optimus Illustris Heros Podevilsius recordatur quem filium amiterit, quoties pientissima Mater Heroina CLARA de Zizeviziis amissi Filii refricat memoriam, quoties memoria beatissimi animis observabitur fratrium, quoties occurret, quod Infans Venerandum Dn. Patrem singulari completeretur veneratione, Dn. Matrem Puer præcipuo prole queretur amore coleretq; Pietate, Fratribus præluceret exemplo, ingentem, imò immensam eorum pectora penetrasse tristitiam colligimus, quod hoc potissimum tempore, cum aliquos è filio & fratre fructus è dignitate adeptâ gloriam, è bellico atq; literariô studiis delestatio nem consolationem ac lætitiam sperare & percipere debuissent, fatis functus fatorumq; naturali conditione raptus excesserit, evaserit. O spes fallaces! O conditionem fatorum miterandum! ô vitæ humanæ fragilitatem! At, cum in aprico positum luctum & lamentationes nihil omnino prodesse; tandem animos & cogitationes nostras à lacrymis & luctu ad Illustris p. m. Consiliarii ELECTORALIS præclarissimè gestam vitam intuendam intendamus, mentem erigamus & immortali D E O gratias agamus, qui Generosam animam ad summum honoris exigit fastigium, evertam terris ostendit, ostensam coronavit felicitate, coronatam ad se recepit; quam indignemur quod

ad

ad se in æterna traxerit tabernacula. Unde igitur ô Sanctissimi cœli indiges PODEWILSI in tuis laudum titulis referendis, necelorum à Momo sparorum imbre obrutus concidam audiamq; auditu gravissimam centuram laudationem hanc meam accusatione pejorem, exordiar? anne à dignitate & majorum, quibus censeris, antiquitate? Quemlibet è puto haurienda atq; hausta illa virtus fateri coget ex historiarum monumentis liquere tantæ antiquitatis gloriâ præstare nobilissimam Podevilsiorum prosapiam, ut ultra secula floruerit quinq;: Et si trecenti anni fatalem, ceu eruditorum sagacioribus in opinionem venit, familiarem constituant terminum ac periodum, sibi hæc gratulabij stirps, sibi gaudebit laudatissimæ stirpis posteritas, quod clarissimos omnium seculorum heroas non solum æquaverit vetustate; sed & longo superaverit intervallô. Darii ducentos floruerent annos, Othomanni trecentos, Caroli Magni genus in Ludovico quartô extinctum ducentos viguit. Quanto his feliciores PODEWILSII! Ecquenam non ex historiâ Itineris sacri imprimis memorabili judicii acrimoniam expendere poterit Podevilsiorum gentem anno 1496. partæ per Christum salutis cum Monarcha Pomeraniae iter ingredereetur eminuisse ceterisq; illustriorem exitisse? quippe quæ non unum conspicitoris ingenii Virum, nonduos, ut quædam familia, sed tres mente animo manuq; insignes dedit Comites PETRUM MICHALEM & VINCENTIUM PODEVILSIOS, inter quos Virtus Petri memorabili in omne ævum laude PRINCIPEM prælio navalì defendantis, ceu Annales tradunt emicuit. Quô elogiô pietatem & fortitudinem ADAMI de PODEVILSIIS Beligardensis præfeturæ Capitis Bogislaum Magnum anno æx. Christianæ 1480. Patriæ Patrem laudatissimum contra

A 3

impe-

impetum furiosæ plebis ac errantis defendantis commemo-  
rabo atq; commendabo ? Replacet quis monumenta  
historiarum Daniæ Regni & Ducatus Holsatiæ, leget Po-  
devviliorum fortia facta domi militiæq; gesta. Evolat  
quis Galliarum & Hispaniarum Regum bella, inveniet  
fortissimi Herorum HENRICI de PODEVVILSIIS Patrui Be-  
atissimi Dni Consiliarii acta verè heroica: Taceo res  
in Pomeraniâ, Borussiâ, Poloniâ, Hungariâ, Belgio à no-  
bilissimis hujus familie Viris gestas, ne videar Iliada post  
Homerum. Sicut n. fortes creantur fortibus & bonis; Ita  
hic Aquilæ nepos probavit te prognatum Illustribus Paren-  
te Optimorū Nobilissimo, Nobilissimorum Optimo Dno  
Adamo Podevilsio Serenissimi Electoris Brandenburgici  
Consiliario Status per Pomeraniam ulteriore, Præfectu-  
rarum & Oeconomia Directore, Capituli Colbergensis  
Decano, Hereditario Domino Crangiis nato & dato atq;  
Domina CLARA de Zitzeviziis Matre sui sexus Exempla-  
ri ornamentoq; splendidissimo, nec Se genere timidarum  
columbarum fatum manœstis edidit indieis, ne JOACHI-  
MI de PODEVVILSIIS Avi Paterni nomen sibi inditum aut  
vilesceret, aut planè occideret, quinimò bono omne in-  
se renatum denuò effloresceret. Puer acerrimis litera-  
rum studiis Illustrium Parentum eurâ præclarè intelligen-  
tium à teneris assuescere multum referre tam sagacè tam  
religiosè educabatur, ut pueritia non est in luxu, lusu & jo-  
cis; Sed in liberalibus studiis, atq; equestri labore transi-  
geretur. Frequentibus enim Orationum stimulis quamvis  
sponte suâ incitatus à Piissimis Præceptoribus ad exempla  
majorum suorum imitanda instigabatur, ut bonum certa-  
men decertaret tandemq; portum respiceret & peteret.  
Successit opus feliciter: liquidem

Opid.

Acer & ad Palmæ per se cursurus honores  
Sit tamen horteris fortius ibit equus.

Cum

Cum æqualibus suis in ludô & disciplinâ pueritiae versari  
faciens, quamvis ingenii memoriaeq; laude omnes su-  
peraret: nemini ex ingenitâ mente modestiâ se præpone-  
bat vel insolenter efferebat vel de donis divinitus conces-  
sis gloriabatur; Sed ineffabili animi moderatione omnes  
tolerabat, eorum studiis, quantum lege honestatis & æ-  
quitatis licebat, obsequebatur & nulli contra jus fasq; re-  
fragabatur. Qua siebat, ut Ipse Summis par, mediocri-  
bus superior, in simis gratus, nulli gravis, omnibus melior  
haberetur. Postquam excessit ex Ephebis liberiusq; vi-  
vendi potestas data fuit, corpus voluptate abstraxit, ani-  
mum studiis tradidit, tempus omne perire existimans  
quod non rebus honestisq; percipientis liberalibus im-  
penderet artibus: Perceperat enim nihil esse ad obtinen-  
dum id quod velis valentius labore atq; sudore, in quo ju-  
xta voluntatem Patris cœlestis pane nostrâ vesci oportet,  
quo juxta Epicharmi Siculi atq; Hesiodi opiniones o-  
mnia nobis superi vendunt, quo secundum Musonium,  
si laborem & sudorem amamus, omnibus bonis ornandos  
nos ostendimus. Labori addebat in studia actionesq; uti-  
les amorem, cum neutrâ sine altero consistere queat, ceu  
bene intellexisse Princeps Poëtarum putatur, qui cum in  
Bucolicis diceret: omnia vincit amor, in Georgicis dicere  
non sustinuit: labor omnia vincit. Quapropter studium  
ardore ingenuarum accensus artium sic arripuit, ut eum  
nulla difficultas ab instituto cursu revocaret, non libido re-  
traheret ad voluptatem, otium compelleret ad animi re-  
missionem, non deniq; somnus retardaret. Sic vitam ab  
adolescentiâ instituit B. Dn. Consiliarius, ut nullam aliam  
Voluptatem, nullam delectationem, quam è liberalibus  
hauriret disciplinis, quas omnes ita diligebat, ut favissi-  
mum esse sibi pastum frequenter affereret & cum Sapien-  
tissi-

tissimo Arragoniæ Siciliæq; Regum se malle jacturam emnium honorum, quām scientiæ literarū tolerare affirmatissimè affimeret. Hac ratione adolescentiæ flore traducto, cum extitisset omnibus laboris, patientiæ & pietatis exemplar, contulit se ad celeberrimam Marchionum Academiam, inde ad capiendum uberiorem ingenii cultum concessit Tubingam, in quā pleniore gradu atq; gressu ad prudentiam Civilem properavit; In Illustri, illustris cum DEO & Die evasurus, Collegio artem æqui ac boni justi atq; injusti notitiam Formatoribus Lauterbachio, Nostro Scheinemanno, Dumajo CLL. VIRIS usus imbibit tantâ cum laude, tam felicitate, ut anteferretur Ei in doctrinâ atq; eruditione nemo, pauci putarentur pares. Ac veluti in opinionem Philosopho atq; Oratori Ethnico descendit ad tam grande secretum cœlum scilicet nos unâ perveniri viâ; Ita beatissimus noster *Consiliarius* arcem honoris in hâc mundi machinâ non unâ concendi trahite reputabat; Accidit quod Augustissimo Romanorum Imperatori LEOPOLDO I. quem divina Majestas in sui Nominis gloriam diutissimè conservet, ut felicitate non cedat Augusto, diurnitate æquet Fridericum III. Progenitorem Augustissimum, Galliarum Rex Ludovicus XIV. in Hungariam adversus Christiani nominis hostem in subsidium mitteret delectum exercitum Duce II. Iusti atq; Excellentissimo Dno HENRICO de PODEVVILSUS Patruo, qui pro suâ in Nepotem benignitate conditio nem B. Dno Consiliario obtulit honestam dignamq;. Placuit è Miaervæ castris in Martis castra non transfugæ; Sed exploratoris ritu transire. Sicut omnia appetunt bonum, uti omnes scire desiderant; Ita B. *Consiliarius* maximâ scientiæ cupidine accensus & laudis gloriæq; aviditate tratus tyrocinii rudimenta sub militiâ Patrui depositurus

ccen-

censuit publicam Principis salutem animo volvendo duplex hominum genus Patriæ Patri apprimè necessarium, alterum quod togâ alterum quod lago latus cingat, Se utroq; cognitò feliciorem arbitrabatur: Militavit itaq; in Gallorum exercitu Invictissimo Romanorum Imperatori & Germanum & Pomeranum & Nobilissimum & Podenvilsum re opereq; Se probavit ad exitum usq; belli, quo conditionibus utrinq; honestis Pax coaluit. Quâ Prudentiâ, quâ Fortitudine, quâ Temperantiâ & abstinen- tiâ in expeditione hâc Turcicâ omnem vivendi instituit rationem! Quâ prompto animo bellica subiit munia! Quâ intrepidâ manu hostiles sustinuit impetus! Malo in annalibus Hungaricis legi, quâm his committi chartis. His effectum est, ut multo majori cum gloriâ tûm celebri- tate quâm alius quispiam Germanus inter habitu, lingvâ, moribus ignotas versaretur gentes & DUCIS Ipsius Virtus in nepote revirescere videretur, non sine ingenti Domini Patrui delectatione, qui in Germaniam ad Dominum Fra- trem rescribere non dubitavit. Filii Tui JOACHIMI bellô Turcico longè maxima virtus fuit, quam certò scio Tibi gaudio esse. Nobis ob merita sua charus est, ut idem Serenissimo Electori Patriæq; nostræ Clarissimæ sit, sum- mâ ope nitar. Tibi quidem pro nostrâ fraternâ amicitiâ gratulor. En habes Virum dignum Te atq; avo suo JO- ACHIMO de PODEVVILSIIS. Postquam igitur tantâ cum laude atq; approbatione HEROUM in fastigio Dignitatis splendere, quam Virorum in tenebris ignavo marcescere orio cupientium cingulo honoris militaris fuit condeco- ratus memor quâm gravem sustineret personam & qua- lem vivendi rationem ab inéunte suscepisset etate; Omni providendum sibi censuit esse diligentiam, ut nihil quod aut bonis literis excultorum vitæ dissentancum, aut Magistri

B

mili.

militia gravitati non consentaneum deprehenderetur, committeret: Sed in instituendo curriculo lete ita gereret, ne quem suorum, quos Divina Majestas omni prosequi Veneratione jubet, nutu, sermone, opere laederet; quin potius expectationi Dominorum Parentum Artis amore atq; voto Domini Patrui Martis ardore flagrantis responderet. Ac veluti Senior ille juniorem novum excellensq; opus moliturum instruens inquit:

Ovid. lib. 2.

Metam.

medio tutissimus ibis

Inter utrumq; tene fortunæ cætera manda; Ita Beatisimus **D N U S C O N S I L I A R I U S** Regiminis mediæ viarum lectâ in Electoralem secessit *Aulam*. Jussu Superioris redux factus, quamvis probatos prodidisse memoræ acceperat autores Aulam ad instar te habere vitri, dum maximè splendet maximè frangitur nec ulli mortalium perpetuò existere bonam. Quam primum accesserat **S E R E N I S S I M U S A U G U S T U S** Brandenburgic⁹ Elector, Dominus noster Clementissimus famâ Domini de PODEWILSIIS ætate quidem juvenis, animo verò atq; factis Herois permotus Hunc Unum ex Equestris ordinis, quo POMERANIA nostra longis parasangis alias felix superat provincias, flore feligere decrevit Quem, si Illustri Viro Adamo de PODEWILSIIS humani quid contingere, destinaret successorem in officiis: Quippe documentis omni assertione valentioribus SuA SERENITAS acceperat Paternæ Virtutis æmulum imò hæredem Filium in negotiis deditissimum labori, in periculis fortem, sicubi metus abesset æquanimem, in aggrediendo industrium, in providendo sagacissimum, in conficiendis rebus celestrium, inde sperabat longè justius & felicitus administratum iri constitutam provinciam à Dn. Parente

qua-

quasi per manus traditam, quam à quocunq; aliò: Nec Patrem Patriæ spes fefellisset concepta, nisi spe omnes excidissent & heu! præter Spem cecidisset mortalium optimus piissimus. Excellenti licet axiomate tituloq; Dnus JOACHIMUS de PODEWILSIIS Cuxalinensis Arcisq; Casimirianæ Præfectus condecoratus esset non tamē propterea sicut honoris & dignitatis ab Aulâ recessit; quin potius Domino Clementissimo fidem industriamq; probaturus substituit expectans quid fors ferat. Cessit perqvam feliciter; disponente DEO Prætoriæ Cohorti datur præfectus, quo domi forisq; Principis latus cingebret. Nactus spartam è supremis summam animo volvbat Principis salutem à se cohortibusq; suis pendere totam: Itaq; tum sapienter & justè præcerat, ut veluti Atlas Sceptrigeri Electoris salutem Ipse velut humeris suis sustineret: Tantâ diligentia res singulas providebat, tantâ modestia omnes actiones dirigebat, quanta sufficiebat favori Aula suspicentis novis dignitatibus auctum retinendo. Nullum unquam officium prætermisit eorum, quæ à Sapienti Ordinum doctore proficiunt singulisq; gregariis, exemplo, monitu, mandatu præstari tenentur: Utilitatem militis commissi privatis anteposuit commodis & majori complectebatur amore salutem eorum, quam propriam vitam, hinc qui vis stationarius Tribuno videbatur ditionatq; vivebat felicior. Quamobrem tantopere prudentiam militis Eruditissimi Hujus Potentissimus Elector Princeps, quem nec Albertus ab Ursino Ducatu nomen gerens, qui primus illato Vandals & Henetis bello genti gloriam intulit, nec cui à Ciceronis facundia nomen datum, nec cui Alcibiadis magnitudo nomen peperit testibus historicis virtute æquat, nemo super-

B 2

rat

rat, eo dignabatur æstimio, ut quocunq; tenderet *Electorum* S. R. I. *Invictissimus* vel antecederet, vel sequeretur *laetitio* Dux datus *Podevilsius* fortitudine, Temperantia virtutibus innatis sibi propriis *Spectatissimus*. Evenit cœu iatebus humanis, quæ rursum prorsum fortium ac deorsum feruntur nec in eodem statu, quod ita mox in summa & hæc in illa convertuntur, diu confondere queuat, fieri consuevit, quod ditiones Romani Imperii cum multibus bellis Gallo-Belgici, offensionibus, rapina, incendio, latrocino, atq; cæde malis vestigia belli prementibus exagitatae à milite Gallico indomito vexarentur & potissimum Westphalicæ *Celissimi Electoris Brandenburgici* terræ peterentur: *Invictissimus* R. I. Octovir, cuius erat providere, ne quid sua detrimenti pateretur Republica, hostem ab Impetu suisq; finibus prohibiturus suscepit expeditionem, cui quo Domini beneficentissimi latus regeret, non interesse vel Patriæ deesse religionem, duxit Dn. *PODEVILSIUS* à teneris atq; primordiis juvenitatis nullum fidelitatis lice indicium sive pignus intermitteas, quis qualisq; fuerit res postea gestæ declarant. Bello hoc è Germaniâ inferiori in superiorem translato migravit eodem non coactus inevitabilis necessitate; Sed amore virtutis gloriæq; quarum summa ejus animum tenebat cupidus, incitatus, cum potuisset domi permanere atq; rebus benè partis securè frui. Interjecto tempore borealibus quies erat gentibus, cum Rex Svediæ *Carolus XI.* Duce Carolo Gustavo V *Vrangelio* Comite Sylvisburgi utus Pomeraniam Orientalem intecto pateret milite, verbo quidem ut hybernandi potestate sibi sumptu Pacis consilia citius quam alias agitarentur; Revera autem ut suæ ditionis faceret terram: *Serenissimus*

mus his auditis cunctanduni ratus donec Heros *Vrangelius* Germanico Danicisq; bellis gloriosus Victor velcederet terris vel de inhospitalitate, cœli vocabant, satis faceret. Neutrò præstítō *Invictissimus Dominus* bello Gallico tum in Alsacia & Lotharingia finibus gesto occupatus retrahitur, ut hostem temere facientem impetum, prudenter & justè suis submoveret finibus. Magnis igitur itineribus ex feraci in omnia frugum genera Sveviæ in qua temporis gratiâ diutiüs solitô detinebatur, expeditionem in Svedos decretam promovet assiduè Dno *PODEVILSIUS* cum delecta manu Cohortis, cui Præfectus assignatus fuerat, subsequentे: Sicubi ag prælia de ventum talem se præbuit *DOMINUS* de *PODEVILSIUS*, qualem res afflictæ desiderabat Patriæ, qualem Heroum *Heros* poscebat *fortissimus*, qui hisce motus saepius dixisse auditus: Si divinum Numen hoc se munere obligare voluisset, ut, quicquid conceptis verbis votisq; peteret, consequi posset; se nolle optare ejusmodi Duces, cuius odi exitit qui frangendo glaciem sangvine suo hostem in carcerem compedit, ita ut vicitus Victor prius parentaverit quam vinculis se stiterit; Sed votis omnibus expeditum Chiliarchos atq; Duces *DOMINO* de *PODEVILSIUS* similes quibus DEO benedicente facile adversarios se superaturum speraret vel considereret. Conflictu inter Sueonas & *Invictissimum Electorem* Brandenburgensem omni seculorum memoriâ dignissimo in campis oppidi Bellini, cui portorium nomen de disse constans circum fert fama, intercedente *Dominus* de *PODEVILSIUS* in hoc periculonon titidus, metu ante absente non elatus, in fugâ non primus, in prælio non postremus fuit; Verum instarcubi, quod rescunq; caderet, quod DEUS dirigeret, Domini sui

sortem suam arbitratus omnes sustinuit impetus nullis  
abstinuit. Metacente Commilitones eloquerentur no-  
menq; commilitonis omni laude majoris omni invidia  
superioris in cœlum usq; encomiis ferrent. Si qui sunt  
inani mentis errore transversim acti experientia falsò e-  
docti, quibus in buccam venit nihil imaginibus nihil san-  
givini nihil ipsi generis propagationi tribuendum; li si  
cognoverint habenas regni nemini præterquam illi, qui  
ex illustri familiâ promanat, commissas; li si nunquam,  
corum aquilæ, aut asinum leonis feminine progoatum; li si  
nunquam ex lauro lentes, è moro arborum sapientissimâ,  
amygdalum arborum stultissimam, è lilio urtieas, è triti-  
co avenas effloruisse prægerint; Deniq; si Dn. JO-  
ACHIMI ex illustri PODEWILSIORUM sanguine pro-  
geniti virtutes animo & cogitatione obiverint, quid ha-  
beat momenti ad vitam piè traducendam & Virtutis viam  
studiosè persequenda generis splendor, facile videbunt.  
Nam et si Dn. JOACHIMI vita omnibus Virtutibus quasi  
ut aurum gemmis distingua fuerit, ut si illum vel *Sere-*  
*nissimi Electoris Consiliarium* solertia laude in-  
signem vel Cohorti Prætoriæ Præfectum fidelissimum, vel  
Capitancum prudentissimum vel Equitem piissimum ju-  
stissimumq; nominavero, non tam ejus nomen hisce no-  
minibus & titulis honestare, quam nomina & titulos ejus  
nomine nobilitare video; tamen si illum PODEWIL-  
SIORUM sanguine ortum dixerim nil magis dicerem,  
quam Homerus de Agamemnone, quem Palladis, Virgi-  
lius de Ænea, quem Veneris, Alexander de se, qui JOVIS,  
Ovidius de Augusto, quem itidem Jovis aut reliqui Poëtæ  
de eminentissimis Orbis Viris asseruere eosq; Deorum  
sanguine progenitos prodidere. Ea enim antiquorum  
men-

mentibus irrepererat conjectura, nihil esse in mundo pu-  
chrum, nihil præclarum, nihil eminens nisi aut Deorum  
stirpe agnosceretur aut ad Diis proximos suum deferret ge-  
nus. Quo hieroglyphicō nobilitatis innuitus origo fir-  
maturq; sententia eorum, qui Præclaros Heroas non fieri,  
sed nasci autumant: Id Dn. PODEWILSIUS vel induit  
naturæ vivel qnōdam divini Numinis impetu verè divi-  
no exposuisse videtur. Nam cum multifaria blandimen-  
ta eum domi in patriis retinere laribus tentarent, & quo  
minus dubiæ le fortunæ committeret, syaderent: Cum,  
qui sanguine contingebant arctissimè, euperent, ut Patriæ  
non alio præstaret modo mysteria nec alia subiret mu-  
nia nisi qua stilo conficerentur; addidit unitas fortiores es-  
se vires, Sc & stilo & pilo Divinâ annuente gratiâ pericli-  
taturum, quantum cœlitùs accessisset virium; Veteres  
laudum præconiis fatis functum exornaturos exclamassem  
ad NOS perfertur: Optimis mortalium natus decepsit.  
Multo justiori de causâ nos permoti exclamabimus! O  
ptimus optimis natus, qui malebat esse quam videri bo-  
onus memoriâ Posteritati commendata obiit. Comper-  
tum habeo Illustris PARENTES olim de tali in Generoso  
filio adepto bono sibi gaudere, sibi in DEO gratulari Pa-  
ternæ avitæq; Virtutis æmulum Hæredem natum educa-  
tum tendentem factis memorabilibus nomen iterum com-  
mendare posteritati, qui, si Divina voluisse Majestas, Pa-  
rentes post fata repræsentaturus fuisset; Nunc conversò  
naturæ ordine à piissimis Parentibus præmittitur

Unde negant redire quemquam.  
En humana felicitatis inconstantiam! En naturæ cursum  
non naturalem! Potuit olim Illustris Do. Adamus de  
*Podevilliis Electoralis Excelositatis Consi-*  
*liorum*

liorum statū Amicissimus felicitatem suæ domus lētissimā proseqvi prædicatione & dicere coram Patriæ *Patre Excelſissimo*; Ab Excessu meo judicium eruditorum erit; me Phœnici in vitâ & morte non abſimilem, quippe ex meo cinere alius renasceret, qui prætentando nuciam personam immortalitatē meam aſſeret eritq; ac si non abierim, non obierim: Ah! potuit efferre, oū posſit nec ne? incertū est? In B. JOACHIMI nomine, in omīne, in vultu erat, quod oculos intuentum mirā paſcebat jucunditate alliſio ad for. & aures audientium magnā perfundebat voluptate: Sur-  
mem & no- gebat Dominus, surgebat memoria Domini in ejus animo  
men Joachi- omnibus diebus, singulis horis, singulis momentis, ut nil  
mi. nisi quod pium meditaretur, quod rectum inciperet, quod  
justum ageret, quod egregium publicum desideraret, iuſ-  
ciperet, in commodum proximi vergeret laboraret: Bre-  
vius Dominum amore complectebatur super omnia, pro-  
pinquum eo fere quo Se. Unum quod necessarium age-  
bat, Ea, quæ à tergo sunt obliviſcebatur; Ad ea verò quæ  
à fronte contendens scopum versus ferebatur ad præmi-  
um supernæ vocationis DEI in Christo Jesu. Contempto  
mundo negligebat dignitates mundi, nec hili æstimabat  
opes nec pili habebat cœbros oblatos honores in hæc pro-  
rumpens verba: Vidi omnia, quæ unquam fuere sub So-  
le & Ecce! Vanitatum vanitates! Eece peritura omnia!  
Vale munde, valete dignitates, Valete opes, valete fortu-  
næ munera animorum onera. Vanitas est carnis deside-  
ria ſequi, & illud deſiderare, nnde postmodum oportet  
graviter puniri. Vanitas est longam vitam optare & de  
bona vita parum curare. Vanitas est prætentem vitam  
ſolum attendere & quæ futura ſunt non prævidere. Va-  
nitas est diligere, quod cum omni celeritate tranſit & illic

non

non festinare, ubi ſempiternum gaudium manet. Vale,  
optatissime Dn. Pater, VALE dulcissima Dn. Mater, quæ  
me indignum pluris TE dilexisti. Omnia hæc ſunt à ter-  
go, mitto obliviſcor: Omnia inſtar mihi cœlum, omnia  
mihi JESUS, ſcopus mihi JESUS, præmium mihi JESUS.  
JESU propter hoc nomen tuum fac mihi ſecundum no-  
men tuum: Cum ſolus & verus ſis Salvator utiq; etiam  
reſpicies me peccatorem: Bone Jeſu miſerere mei tem-  
pore miſerendi, ne damner tempore judicandi: Mihi na-  
tus es, mihi crucifixus mihi JESUſes: Accipe me Domi-  
ne Jeſu intra filiorum tuorum numerum, ut una cum illis  
ſanctum & ſalvificum nomen tuum laudare poſſim. Te-  
ſtis mihi erit Vir Reverendus, qui decedenti è statio-  
ne ſuâ adſtitit cum aliis magna authoritatis viris: Subi-  
ret alias animum verecundia incurare in judicia lectorum  
& censuras plus ſcribentem defuncti indulſiſſe favori  
& majora verò ſcripſiſſe, unde procul abeſſe delectoſ. Ut  
autem æquum memoriam mortuorum posteritati com-  
mendaturo non laborare affectu, ſic injuriolum ſuâ benè  
meritum privare gloriâ, reticere vera. Ac velut in re-  
poſito theſtauto ea, quæ pretio cetera ſuperate putantur, ju-  
dicatu ac cognitu diſſicilia viidentur dum ſingula plurimi  
habentur; Non ſecus mihi mentem in B. Dn. CONSILIA RIT  
dona & bona animi intendenti contingit: Ut racciam iis,  
quas erga Privatos, pares, inferiores, miſerabiles, e-  
gentes exercuit, virtutibus contentum vivere noluiffe:  
Non tantum id ante pedes confpicere; Sed & quæ retro  
à tergo erant reſpicere norat, imò diu poſt eventura pro-  
ſpicere didicerat: Quæ poſſunt accidere, animo ſuo cu-  
cta proponebat; Nihil illi ſubitum totum ante proſpicie-  
bat: Ubiq; idem erat & prout rerum ac temporis varietas  
exegit; Ita te accommodavit tempori non mutando; Sed

C

poti-

potius aptando. Adjutus Divino Numine duce rerum agendarum magistrâ afflictam nostram Patriam periculis eximi non posse augurabatur, si deessent qui pericula detrectarent; Igitur ad utrumq; paratò esse pectora flagrabat cupidine semper secum volutas illud Poëtæ:

Temporibus servire decet, qui tempora certis  
Ponderibus pensabit eum si bella vocabunt  
Miles erit, si pax positis toga vestiet armis.

Nec tam volutare quam agere voluit probatus scientiam in scientiâ absq; exercitio minus prodest. Ea propter iterum ab Arte ad Martem descendit, è castris Minervæ ad Bellonæ concessit. • Licet felicitas Dn. CONSLARIO PODEWILSIO adspiraret, in eo tamen fortunæ, cui admotus, fastigio talem continentiam, talem edidit abstinentiam, ut nec virorum sui seculi ederet abstinentissimo Atheniensium principi, qui omni studio, ut præ cæteris justus haberetur, nitebatur. Tria olim Veteris Ecclesiæ Doctores martyria sanguine dixere, modum in divitiis, castitatem in juventute & humilitatem in oblati servare honoribus: Quam sanctè hæc tria beatissimus Dn. PODEWILSIUS servaverit, custodiverit, dilexerit, nolo nec possum recensere, ne mea tenuitas tanti Viri elogia vel Ciceronis facundiam vel Demosthenis lucernam vel Periclis fulmen poscentia suam explicet inertiam vel præpostera fateatur confessione, se Ætnâ gravius sustinere onus aut imparem suis imponuisse humeris molem: Loquentur pro me illustres in consilio Collegæ, fortissimi in bello Commilitones, sapientissimi in studio à Condiscipulatu familiares, quinimò patrocinium meæ suscipiet sententia veritas omni assertione, probatione & eloçione valior. Laudet quisquam effatum Senecæ ajentis inter me & fundos meos magnam volui interest distantiam,

co

eo enim loco posui, quo sine animi mei motione tolli possunt; Potiori jure laudabit Dn. Consiliarium PODEWILSIUM, quod fundis divitiisq; suis relictis pro patriæ maluerit excubare salute foris, quæ domi inhiare emolumento, quo fundos fundis adderet, divitiisq; virtute partis in otio frueretur. Philosophiaæ, cui mores nomen dedere, cultores asleverant congeriem Virtutum omnium inesse oportere in illô, qui felicitatem civilem assequi cogitat: Quod isti sermone, hoc ipsum facto Beatissimus probavit Dnus Consiliarius existimans se, si unâ aut alterâ præcipuarum instructus modo foret virtutum, felicem nequam futurum: Norat virum à viribus vocari, qui nec in adversis tolerando dñcere, aut in prosperis aliqua elatione se jactare; sed animo stabili defixum & cœlestium rerum contemplatione firmatum manere semper impavidum: Ideo confortabatur in Domino & in potentia virtutis ejus: Turris fortissima Ipsi nomen Domini, Qvo fretus nec adversis frangebatur nec prosperis intumescerbat, sed in utroq; moderatus esset gaudebat: Nec temerè pericula supra hominem aggredi audebat nec ea quæ circa hominem timere, adire & propulsare præsumebat. Conceptis prolixisq; verbis probarem, quæ scribo, ni Soli meridiano viderer addere lumen atq; notissima ingrata prolixitate protrahere. Ut taceam eum iustorum semitâ instar lucis splendentis processisse & crevisse usq; ad perfectam diem; Nunc autem firmiter credo ivisse in vitam eternam & fulgere fulgore solis in regnô Patris cœlestis. Ecquis non in hoc sanctissimo Viro expressam ejus Consiliarii imaginem contemplatur? quem Divino Spiritu agitati Viri describunt: Requirunt enim in Consilio Principis pietatem, ut talis sit, in quem non modo intucantur cœteri Principis subditi veluti speculum, ita

C 2

Exed. 19.  
P. 101.

qui-

quidem, ut repercutientes Virtutum imagines & aspiciant & imitentur; Sed etiam ut omnes actiones ex monitu Gentium Doctoris ad divini nominis gloriam non fallaci; Sed veraci referat animo, Quā in Virtute B. Domini Conf. tantā novimus excelluisse ceteros mortalium, quantō sublimius ceterorum fortēm fortunā supergressus; Neq; aliud dies noctesq; cogitabat, quām ut rectū de DEO lensum, quoad naturam & proprietatem ejus, quoad personas in naturā unicā & simplicissimā trinas, quoad voluntatem, quoad opera, quæ maximè nobis commendant potentiam, Misericordiam & justitiam, imbibet; Nec ulli operi tam sedulò quām sincero Dei cultui tam in interna consistenti sanctimonī; quām in externis sanctimonīs constanti exercitiis juxta mandatū verbi Divini dabit tempus & iuvicilabat. Quām diligenter factis incumbebat officiis, quām assidue sacrīs intererat, legem Dei die nocte q; meditabatur semper versabatur in precibus neq; unquam animo se quietiore dictabat, quām si sacra vel ipse legeret audiret affirmatissimè afferens eam sibi honestissimam laborum requiem, comoccupationum portum eam omnium molestiarum tranquillitatem; Quod temporis publico, cum potuit per salutem Patriæ, subtrahebat, factorum meditationi addebat, divisurus se à seculo, multiplicabat futuræ, quæ nunc ipsi præsens, vitæ gaudium: Inde quò remotior à mundo eò proprior erat DEO, cuius servitio totum se devoicerat. Trium supra se positórum cogitatio nunquam è memoria recedebat oculi omnia videntis, auris omnia auditentis, librorum in quos omnia scribuntur. Qualis volebat in iudicio esse talis vivus apparebat in Dei conspectu, discebat vivere, dum licebat vivere dirigenz lumina in præfixum vitæ scopum Christum, quem lequebatur in itine-

re, ut assequeretur in Patria. Singula descriptum citius dies deserteret quām materies scribendi. Adiecti Sacer Codex Consiliarium oportere studere Veracitati, quia labia mendacia & dolosa Domino sunt abominatio; Ab his virtutis tantō aberat intervallo quantō cœlum à terrā: Norat enim Eum, qui Principis nomen & omen gerit, dicere veritatem in dictis, integratatem in factis, candorem in gestibus observare. Sicut quodlibet verbum Principis jurijurando æquant Prudentes; Ita se metiebatur ab Eo, cuius latus cludebat inqvirendo veritatem in se in proximo in naturā lui, semetipsum dijudicando, proximi malis compatiendo, omnia mundo corde contemplando, ut quicquid suscipieret, ageret saceret juratum crederent omnes candidā mente profectum experientur singuli. Tidum Vespasianum, cui ab integritate & bonitate nomine boni tributum à sapientib; memoria prodidit Xiphilinus gravissimus Scriptor andientem suos in imperio antecessores multis affectos injuriis à Subditis dixisse: Nemo me injuriā afficere aut contumeliā posset, quia nihil ago quod alios lēdere possit: Digna vox Principe, Digna conjectura Romano Imperatore; Haud secus beatissimus noster vivus se ipsum prædicatione prosequi & sublatus è numero mortalium de se conjectare poterat neminem scilicet famam suam rōlurum, quā nil agebat quò alios lēderet. Quapropter innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam nec juravit in dolo proximo suo: Hic accepit benedictionem à Dominō ih̄ vita, & misericordiam à DEO salutari suo juxta vaticinum Regii Prophetae. Non avarum imò avaritiae infensum Consiliarium jubent esse sacræ pandectæ, siquidem vilescit animus corporis vinculis terræ alligatus & tordecit lōrdibus terra adhærens: Avarus est instar, junta

Psalm 15.

vim vocis & quoad similitudinem, Averni omnia cupientis devorare optatq; nullum hominem præter se degere vitam in mundo, quo omnia solus possideat. Nullum avaritiæ tetius vitium præteritum in Principibus & Republicam gubernantibus. Habere enim quæstui Remp. non solum turpe; sed sceleratum etiam atq; nefarium habetur. Vitium hoc terribilium exulabat corde beatissimi hujus Viri quam longissimè, ut & è contrariò beneficentia atq; liberalitati omnem impenderet operam & curam in eos, qui rei familiaris angustiæ circumventi ac in hoc ferreō districti tenentur seculo, plurimum conferendo benignitatis. Omnibus quacunq; poterat ratione nihil cunctando opitulatur, tum bonis præcipue VIRIS multum exhibebat bonitatis ac largitatis suæ: Quo illos studio! Quo amore! Quà benevolentia fovebat! Ut eis subveniebat! commendatione sustentabat, Autoritate protegebat! Malo sapientiorum judicio commendandum relinquere quam rudi inertiae atq; plenissimo stylo effingere, penicillo levè depingere. Si precatioes opressorum, supplicationes afflitorum, intercessiones bonorum æternitatis decretum mutare satiq; immutabiliterrogare legi valuerint, viveret Serenissimi DOMINI Electoris nostri Consiliariorum Sapientissimus, floreret S. Johannitarum Ordinis Eques Splendidissimus, Vigeret Capituli Colbergensis Decanus religiosissimus, valeret Capitanus Cussatinensis fidelissimus, excubaret pro salute Patriæ omnium optimè. Sed eheu! humanæ infelicitatis est expertus conditionem, qua se publico æternitatis decretō moriturum norat, ignorans interitus sui diem, horam, monimentum, excessit. Ecquis post hominum memoriam ullam mortalium diuturniori digniorem vitæ judicavit?

rit Ecquis bonus Patriæ, cuius charitas omnes aliorum charitates superate debet, amore ductus non de suis annis ut retinendo fideles Consultores bene esset ei, aliquid demeret adderetq; natalis soli amatoribus? Sed voluit Divina voluntas, cui obsecere nefas, contradicere impium, cautam lescitari extremæ argumentum dementiæ. In Alcinoi hortis vel Pæstanis vel Diocletiani viridariis denia variorum flosculorum segete consitis oculos circumferenti stupor subnascetur, ut quem florem primo, quem secundo legeret carpi caperet dubitatio; Haud aliter in tanto Virtutum Dni Podevilsii cœlitibus annumerari cumulo mihi oritur cespitatio, ut multitudine circumfusus & copiæ impeditus hæream' quamve primo? quamve secundo loco collocem? vix inveniam. Ut omniam egregiam verèq; nobilem corporis, quâ præstítit, formam nec vastam nec cubitalem, medium potius inter utramq;. Ut transeam reliquas animi dotes, pietatem, probitatem, abstinentiam, constantiam, justitiam, beneficentiam, humanitatem quæ non nisi ab harum Virtutum hæreda ac successore exprimi & à Doctissimis, qui in hoc Viro describendo propriam ingenii gloriam consequerentur, deliniari queunt. Addo ceu sapientissimus Apelles nullum diem sine linea prætermittere decrevit; Sic nullum diligentissimus Vir sine labore consumpsit. Tiberium Rom. Imperatorem eā vivendi facultate polluisse literarum monumentis contignum accepimus, ut non minus noctu, quam interdiu cerneret: Idem de ornatissimo Dn. Consiliario Regiminis Podevilsio affirmare non dubito, qui in Republica & præsentia & diu post eventura prospexit. Inde juvenis ad tot & tanta dignitatum fastigia evectus aliis extenuis et caput, ni inter immortales opinione criticus invenisset locum. Verco autem sanctissimi

*mi Manes, ne si de laudibus vestris plura dicam venerabile  
vestrum nomen lèdam potius, quām recreem superstites:  
Vel quia inquietamini quotidiana de vobis commēmoratione, quasi scribi jam nil possit, quod sit dictum: vel quia  
modestia vestra solā virtutis actione contenta mavult be-  
nē egisse, quām audire. Ignolcite mihi Vos ipsi in cul-  
pā estis. Qui enim vivus bene fecit, bene audiat mortuus  
necessit est; Nam comes virtutis semper extitit gloria, &  
quō magis temnitur cō magis sequitur. Mirabere hāc  
legens & fortasse defunctum in Deorum numerum à me  
relatum opinabere; At te ipsum frustrabere*

*Nam vitiis nemo sine nascitur optimus ille est  
Qui minimis urgeatur,*

*Homo erat & nil humani à se alienum putabat: Sunt &  
in purpurā maculae & in gemmis labeculae: Humanis non  
inest viribus recto semper contendere cursu, habendi bo-  
ni, justi, sancti, immaculati Viri non, qui nunquam, si-  
quidem inter sanctos Dei nemo sine maculā, peccarunt;*

*Job. 4. 18. Sed qui sōpius honesta gēre juxta legem Persarum re-  
G cap. 15. Etæ rationi convenientissimam conservaverunt. Plura per-  
f. 15. se quereret in beatissimi Viri vitā delineandā liberet con-  
fectari Geographos, qui in exigua mappā ingentia regna,  
Urbes ob magnitudinem & hominum multitudinem re-  
gnis similes minutis designant punctis, flumina, lylvas &  
quævis momenti majoris notabilia minusculis artis suæ  
notis notant. Ad portum tendens adverto quod*

*fugaces*

*labantur anni: nec pietas Moram.*

*Rugis & instanti senectæ*

*Afferat indomitæq; morti.*

*Totō vitæ tempore varios iustinuit fortunæ novicantis  
tela potissimum circa valetudinem mitto alia: In fami-  
gera-*

*geribili contra Sueonas prælio sub corpore beati Herois  
duo equi trajecti concidere excussus eques ungulis alio-  
rum contritus morbum contraxit, qui, etsi diligentī me-  
dicorum ope pelleretur priorq; videretur redditā sanitas,  
in corporis fibris aliquantiſ per hæsit, donec morbo acuto  
accidente malum gravius recrudesceret. Affixus lecto  
singulare patientiæ, constantiæ animi q; firmitatis edidit  
exemplum priusq; accessito cœlesti Medico, qui ani-  
mam curaret, sacro viatico usus est, quod itineri longè  
aptior vasisq; colligendis promptior evaderet: Po-  
stea vocavit, qui salubri ratione Corpori suumi hospi-  
tem servaret, amissamq; recuperaret valetudinem.  
Hoc temporis articulō plurimos miscuit sermones de fu-  
gâ & contemptu Seculi, de piorum Christianorum spe, de  
futuræ Vitæ statu, de aeternō beatorum gaudio: Sub hanc  
Iustam carnis & Spiritus heroico plane spiritu motus sa-  
cro Flamine clausulam luctæ imposuit oblivious quæ re-  
trò sunt, ad ea verò quæ sum priora extendens se ip-  
sum destinatum persequebatur scopum ad brabeum super-  
næ vocationis DEI in Christo Iesu. Quâ fiduciâ placide  
in Domino obdormivit particeps factus gaudii, quod nec  
auris audivit, nec oculus vidit, nec in cor hominis ascen-  
dit, in cœlis nunc triumphat omnibus bonis sui desiderio  
relicto. Sic mortem cum Vitâ commutavit Vir, si annos  
numeres, juvenis, si gloriam, senex; si mores, virtutibus orna-  
tissimus; si affectionem expendas, Amator Patriæ; si cum A-  
gnatus conferas; Si tempus consideres, non minu gentis quam  
seculi decus; si animum, bene meritus. SERENISSIMUS Pa-  
triæ Pater dolet fidissimum demptum Consiliarium, Con-  
siliorum sacratorum Consortes, Collegam amicissimum,  
Patria Præsidium, Mæstissimi Parentes Filium, Paternæ  
atq; avitæ virtutis hæredem & æmulum: Tota Podevvil-  
D siorum*

*Phil. 3. 13.  
& 14.*

*1. Cor. 2. 9.*

siorum familia tristatur Agnatum honoribus dignissimis  
affectionum qui non à gente mutuabatur honorem, sed qui  
genti fœnerabatur lumen, in ipso ætatis flore extinctum.  
Sed desinunt tristari & deterant lugere lugentes, quoniam  
Spiritus S. per Salomonem solamen suppeditat: Qui Deo

*Sapient. 4.* placeant maturius hinc eximi & liberari, ne, diutiū dum

mundo immorantur, mundi contactibus polluantur. Ra-  
ptus est, inquit, ne malitia mutaret intellectum ejus, placi-  
ta enim erat anima ejus Deo, propter hoc properavit eum

*Psalm 84.* educere de mediâ iniquitate. Properare animam Deo de-

votam ad atria Dei David dixit. O consolationem nullis  
verborum pigmentis efferendam! Ejus est in mundo diu  
velle permanere quem mundus oblectat, quem seculum  
decipiens retribut terrenæ voluptatis irretit. Mundus o-  
dio habet pium quid ergo? anne amandus is qui odit &  
non magis querendus CHRISTUS qui nos amat, qui nos

*i. Job. 2.* redemit, ut cum eo in suo regno essemus perpetuò? Jo-

hannes in Epistolâ inquit: Nolite diligere mundum; Si  
quis dilexerit mundum in eō non est charitas Patris:  
Mundus transibit & concupiscentia ejus, qui autem fece-  
rit Voluntatem Dei manebit in æternum. Fugiamus igit-  
tur hinc, sicut fugit de Patria Sanctus Jacob: Sciebat e-  
nim veram Patriam esse superiorem. O contemptum  
mundi salutarem! ô fugam seculi beatam! Nos viatores  
mente integrâ fide firmâ virtute robusta parati ad omnem  
Domini voluntatem esse addiscamus, pavore mortis ex-  
cluto immortalitatem, quæ sequitur cogitemus. VOS,  
ILLUSTRES ANIMI, quos hic immaturus obitus Viri  
omni, dum viveret, laude Superioris maximè perculit,  
ponderate renunciasse nos mundo & tanquam hospites &  
peregrinos hīc interim degere: Peregrinum dulcedine  
natalis soli captum in patriam properare ad iuos festinare,

ubi

ubi magnus eum expectat numerus Parentum, fratum,  
frequens & copiosa turba desiderat amicorum, experi-  
entia edocemur: In horum conspectum & complexum  
ruere quanta erit letitia? Reputate Divinæ Majestati ita  
placuisse Eiusq; placitum nec dolore nec fletu revocari  
posse nec immutari; Omne quare si nostræ non refragatur  
naturæ; Sin minus majorem taltem mœroris  
partem à VOBIS animo rejice fortissimo, quo Divi-  
næ deferetis obsequium Voluntati, Sanctam Sancti in-  
terræ matris gremio requiem non turbabis, huma-  
natum vicissitudinis rerum memores vestros compone-  
tis animos, voto & voce subinde ingeminantes: Quo  
natura permiserit ordine NOS quisq; sequemur. Ad TE O  
eterne omnium Genitor Ipse non genite Opifex mundi princi-  
pio antisquor fine diuturnior omni aciem converto mentis  
orog: Sana quodgenitum innoxia lancæ & iusta infixti vul-  
nus. Refice quod contrivisti: Remove mœrem, quem  
de manu tuâ peccatorum vindice accepimus: Mone nos  
mortem impendere quavis ho- omni atati omni Or-  
dini: Docce nos veram prudentiam, quâ bene vivere  
atq; beatè in Christo mori discamus. Respice afflictio-  
nem terræ, quam Ministro Tuo Serenissimo ELECTORI  
Brandenburgico Domino nostro Clementissimo regendam.  
Nobis incolendam cessisti: TU esto Protector & Adjutor  
noster, oculo singularis providentia nos dirige, manu  
sustine, gubernâ coedibus, rapinâ, contagio, fame  
aliisq; duris conserva, Sanctos Angelos tuos præfice,  
qui Dominum nostrum benignissimum, Ejus ministros & subdi-  
tos manibus suis portent in viis bonis: Suggere con-  
silium salubre, quò aurea pax reddatur bellum te-

lici-

liciter conficiatur, grata tranquillitas restituatur. Da  
deniq; da, precor, ut omnes incolæ gnaviter in pie-  
tate faciamus officium, omnes ad Te unum intenti  
dirigamus actiones omnes ad Te solum, speremus in  
Te unum, vivamus sanctè, exeamus sub hac spe ex  
orbe, quò tandem accipiamus Coronam  
immarcescibilem.



9.12.82 1.000  
nr. 24424

BIBLIOTEKA  
GŁÓWNA  
W S P  
w Słupsku

155765 25